

nales] mantellati, non autem cappati propter continuas pluvias, ipse [Lang] autem cum modica corona capitis et cum capillis longis admoldum, super quo cum ipsum arguissem, respondit per iocum se bene fecisse ad imitationem Iesu Christi, qui nunquam aut raro legitur comam posuisse. Habuit etiam birretum pellibus nigris suffultum, quod mirum multis visum est cum ipse sit aetate iuvenis respective. In pompa fuit insignis, nam et 50 muliones habuit omnes uno habitu ornatos, equos fere 300 unico habitu indutos praeter multos nobiles torquatos ac praeter multos oratores qui semper in comitatu sunt, vid. Caesareus, Mediolanensis, Montiferratinus, Ferrariensis, Florentinus, Senensis, Lucensis et alii.

Cop. PARIS DE GRASSIS, * *Diarium* nella Biblioteca Rossiana a Vienna e Archivio segreto pontificio *XII* 23.

10. Paris de Grassis sull'ingresso degl'inviati imperiali per l'obbedienza l'11 dicembre 1513.¹

Eadem die, quae fuit XI decembris, intrarunt quatuor oratores Caesaris ad praestandum obedientiam papae, vid. primus ill. dom. dux Bari, frater ducis Mediolani, qui etiam ingressus fuerat nomine ducis Mediolani praefati, ac rev. p. dom. episcopus Triestinus, ill. dom. Albertus Carpensis et ill. dom. Antonius de [Rovere], per portam, quae est in platea palatii, et hospitati sunt hoc mane in domo domini Angeli Neronis, et familiae quasi usque ad portam illius domus obviarunt, nam etiam familia papae ultra imaginem crucifixi obviavit, prout debuit, quia ita fuit et fit erga oratores Caesareos. Multa altercatio fuit inter diversos oratores quae venerunt cum Gurensi.

Cop. PARIS DE GRASSIS, * *Diarium* nella Biblioteca Rossiana a Vienna e Archivio segreto pontificio *XII* 23.

11. Papa Leone X a Bologna.²

Roma, 19 febbraio 1514.

«Dilecti. etc. Ut ad nostrum Romanum gymnasium, quantum fieri potest, perfectas litterarias disciplinas accersiremus idque studium excellentibus doctoribus honestaremus, deputaveramus ad lectionem ordinariam philosophiae inter alios doctos eximiosque viros dil. fil. Ioannem de Montesdocca,³ cui diebus elapsis scripsimus ut dimissis omnibus aliis lectionibus ad nos se conferret, quem postea rescivimus esse pro presenti anno studio Bononiae obligatum etiam data fideiussione illi pro eo tempore non deesse. Quamobrem ne disposi-

¹ Cfr. vol. IV 1, 46.

² Cfr. vol. IV 1, 444, n. 3 e 458.

³ Cfr. MARINI, *Lettera* 40, 119.